IN

ORIGINES

BOREO - NORVEGICAS

ET

DUOS PRIMOS TOMOS

HISTORIÆ NORVEGICÆ

VIRI PERILLUSTRIS

DNI. GERHARDI SCHØNING.

Sacræ R. Maj. Consiliarii Justitiæ, Tabularii Sanctioris Præfecti, & Regiæ Scientiarum societatis membri. &c.

SEQVENS EPIGRAMMA POSUIT

G. P.

HAFNIÆ 1777.

LITERIS *SIMMELKIÆRIANIS.*

Edidit ante aliqvos SCHÖNING Doctissimus annos
Laboriosum & doctum opus,
Cui titulum fecit, fabricato nomine de re,
Originum Borealium,
In qvo alte exqvirit populorum tempora, sedes,
Migrationes, Stemmata,
Per terras tractusqve maris, pugnasqve viasqve,
Lata & profunda indagine,
Qvali & Norvegiæ jam retropluribus annis
Curârat extremæ situs.
His ita præstructis, communi non sine plausu,
Legentiumqve calculo:
Molis adhuc ingentis opus, magnumqve, piumqve,
Æqve inchoat feliciter,
Norvegiæ Historiam, cujus, sed tempore curto,
Partes duas inspeximus;

Qvarum virtutes penicillus pinxerit unus
Apellis omnes lucidas.
Qvantum ego nam video, nil tota cernere vita
Visus mihi sum pulchrius.
Tam vivis & enim res, tempora, facta hominesqve,
Pinguntur hic coloribus.
Opto igitur vitam Auctori longamqve bonamqve,
Qvo prodeant plures libri.

ALIUD
IN
PERILLUSTREM AUTHOREM
ORIGINUM BOREO-NORVEGICARUM.

Explicat implicitos casus, ignota recludit,
Atqve facit certô singula stare modo;
Firma igitur nostri generis cunabula fiunt,
Diffusis tenebris, lux ubi tanta micat.

T.